



## **Hyperdvlia Mariana**

**Berchmans, Johannes  
Canisius, Jacobus**

**München, 1636**

V. Hyperduliae species, B. Mariae Virginis iconem anathemate,  
appensisque iconi votis, precibus, & corporis afflictationibus venerari.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

depenso orationum aliarumque orationum numero, psalmum aliquem è Mariano Officio interpretandum illi proponebat; quo quaestionum genere, rerumque similium argumento occasionem dabat scilicet extrahendi de **MARIA** sermonis.

§. I. l.

*Praemium Hyperdulia*

Fuit, quòd Berehmanno Officium obsequiumque, amicitiam Virginis conciliarit. Nam: Officium & obsequium amicos parit. Quantum verò praemium amicitiam frui **MATRIS DEI?**

*Cic. in Lelio.*

V.

HYPERDULIAE SPECIES.

**B. Virginis** iconem anathemate, appensisque iconi votis precibus, & corporis afflictationibus venerari.

§. l.

## §. I.

**I**ngeniosus est amor maximè diuinus  
& Marianus. Amor hic nil non excogitat, nil non inuenit, quò demereri amantem sui possit. Cernere id est in Berchmanno, qui non contentus, Virginis, quam sic amauit, iconi, tot pia, castaque oscula libare, alijs atque alijs eandem modis studuit honorare

Consueuerat (vtrauctor est Ceparius) quoties alijs aut sibi exorare aliquid apud Virginem statuisset, conceptis id verbis in schedio excipere ad hunc fere modum: Si Beatissima Mater hoc mihi impetrauerit tum ego tribus eam cumulo rosarijs, aut pares ei preces alias fundam, aut corpus hac illaue mulctabo pœna; hasq; syngraphas iconi Virginis (cui supplex aduoluebatur) affigebat.

*Virg. Cep. & Herm. Hug. pag 162. & 284.*

## §. II.

*Premium Hyperdulia*

Fuit, quòd Berchmannus non rarò Virginis deprecatione, quæ petierat, extorquebat.